

Memores fidei vestrae et caritatis et spei.

Lectio Epistolae primae beati Pauli apostoli
ad Thessalonicenses

1, 1-5b

- ¹ **P**aulus et Silvánus et Timótheus
ecclesiæ Thessalonicénsium
in Deo Patre et Dómino Iesu Christo:
grátia vobis et pax.
- ² Grátias ágimus Deo semper pro ómnibus vobis,
memóriam faciéntes in oratióibus nostris,
sine intermissióne;
- ³ mémores óperis fidei vestrae et labóris caritátis
et sustinéntiæ spei Dómini nostri Iesu Christi
ante Deum et Patrem nostrum;
- ⁴ sciéntes, fratres, dilécti a Deo, electiónem vestram,
- ⁵ quia evangélium nostrum
non fuit ad vos in sermóne tantum
sed et in virtúte et in Spíritu Sancto
et in plenitúdine multa.
- Verbum Dómini.